 cruce: & ali' te ciget. i. in cruce ligādo: & ducet
 te q nō vis. i. ad mortē. Iō veni seqre me. Si
 cut ego moriar in cruce: et & tu. Petrus vō
 vidēs Joānez volēdo scire si moreret p mar
 tyriū: dixit xpo. Dñe hic aut qd. i. quō moriet'
 Rñdit iesus. Sic eū volo manere donec ve
 niā. qd ad te tu me sequere. Ex hoc apli opi
 nati sūt q Joānes nō moreret vsq; ad diē iu
 dicij: cū d'r: donec veniā. s; ipemet ioānes an
 nullat illā opinionē dī. Et nō dicit iesus qz nō
 moriet': s; sic eū volo manere donec veniā. Nō
 sic eū volo manē. i. ne moriat p martyriū. qz
 lz multoties fuerit i tormento &c. de' tū ipm
 pseruauit qusq; fuit. xcix. ānoz. tūc xps venit

ad eū dī. veni dilecte mī &c. Ecce qre dic'. Sic
 eū volo manere. i. sanū viuū & icolumē donec
 veniā. supple ad eū. Recte xpus oñdit Joā
 ni amorē quē oñdit vginī matri ad quā venit
 in fine di. Veni colūba mea &c. Et virgo sine
 dolore emisit spūm. Ita et de Joāne. Ecce rō
 qre nō fuit mortu' cū a Domitiano Imperatoz
 fuisset missus in doleo feruentis olei in roma
 ante portam latinā eo quia p'tra decreta ipi'
 impatoris predicabat xpi fides. Dicat hysto
 ria breuiter. & fuit p'pleta prophetia. Isa. que
 recte videt fuisse de beato Joāne dicēte xpo
 ioāni. Cum ābulaueris in igne nō combure
 ris: & flāma non ardebit in te: qz ego dñs de
 us tuus sanct' isrl saluator tuus. Exq' honora
 bilis fact' ē in: oculis meis & gloriosus & ego
 dilexi te. Isa. xliij. Multi efficiuntur honorabi
 les in oculis gētū siue hominū: sed nō in ocu
 lis dei. Aliqui p oppositū in oculis dei: s; nō
 hominū. Aliq nec in oculis dei nec hominū
 Aliqui aut sūt honorabiles in oculis dei: & in
 oculis hominū. Istud est meli'. Primi sunt
 p'sone hypocrite facie & palliate ad extra: oñ
 dentes magnā humilitatē. intus aut sunt ple
 ni supbia: vana gloria: p'sumptioe &c. Tales
 in oculis dei qui videt corda nō sunt honora
 biles. Secū vero q sunt honorabiles in ocul
 dei sed nō hominū. sunt persone deuote que
 orant & faciūt penitētiam: sed aliquoties for
 te faciūt aliqua bona intētione. tū gentes scā
 dalizant. talibus dicit apostolus. Prouiden
 tes bona non tantū corā deo: sed etiā coram
 hoib'. Roz. xij. Tertij q nec in oculis dei nec
 hoīuz sunt honorabiles: s; aboiabiles sunt pu
 blici & notorij pctōres. vt p'cubinarij & mere
 trices & lusores &c. De quibus dicit scriptura
 Letant cū malefecerint: & exultant in rebus
 pessimis: q'ū vie puerse & infames gressus eo
 rum. Prouer. ij. Quartij qui fiunt honorabi
 les in oculis dei & hoīz: sūt illi q talit' viuūt &
 talē itētione hūt in fact' q quēd dicūt vl faci
 unt p honore dei & saluatiōe animaz: cauēt
 ne in aliquo scādalizēt gētes. Tū apls de se
 dicebat. Si esca scādalizat frēm meum: non
 manducabo carnes i eternū ne frēm meum
 scandalizem. i. ad Col. viij. De isto g'du dic'
 scriptura de thobia & cognatione sua. Omis
 autem cognatio eius & oīs generatio eius in
 bona vita & in sancta conuersatione p'mansit:
 ita vt accepti essent tam deo q hominibus &
 cunctis habitantibus terram Thob. xiiij. In
 isto gradu fuit beatus Joannes euangelista
 Iō sibi dixit christus. Ego dilexi te &c.

De sancto Barnaba apostolo

De sancto Barnaba apostolo. Sermo.

Rat vir bonus plenus spi-
ritu sancto et fide.

Act)
Verbum istud habet in actibus apostolorum. ca-
xi. Ita scitis quod festum et solennitas pius
tota est beati Barnabe apostolus et sermo noster
Et si placet deo de sua scititate vite poterimus
recipere exemplum gubernandi vitam nostram ut ad pa-
ditum perveniamus. et ut ita sit salutaris virgo ma-
ria etc. Pro introductione materie predicande
posset hic querere aliquis simplex et ignorans.
Quia est hoc quod beatus barnabas dicitur apostolus: cum
apostoli sint. xij. et ipse non sit de numero illorum. Stri-
cte autem solum sunt apostoli illi quos Christus in vita sua
elegit et misit predicare. quia apostolus idem est quod missus
et solum fuerit electus. xij. Auctas. Locavit disci-
pulos suos et elegit. xij. ex ipsis. quos et apostolus no-
avit: ut habet. Lu. vi. c. et nominantur sic. idem dicit Christus.
Hone duodecim hore sunt diei. Si quis ambulaverit in die non offedit: quia lucem huius mundi vi-
det. Si autem ambulaverit in nocte offedit: quia lux
non est in ea: ut habet. Joa. xi. Non loquebat de
die naturali: quia viginti quatuor horas habet. nec de
usuali: quia aliquotiens plures horas habet: aliquoti-
ens minus. sed loquitur de se quod est dies ille de quo dicitur.
Melior est dies una in atribus tuis super milia.
Duodecim hore huius diei sunt. xij. apostoli qui fuerunt
clari in scititate et filii cum Christo. Isto modo nec beatus
barnabas nec paulus sunt de duodecim apostolis.
Sed beatus Mathias fuit de numero illorum: quia in
vita Christi non fuerit de numero apostolorum: tamen successit.
Iude. et ita Christus in corde suo elegerat ipsum quem
dixit. Amen amen dico vobis quod vos qui secuti
estis me: in regeneratione cum sederit filius homi-
nis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super
sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.
Mat. xix. In dicta auctoritate non loquebat de
Iuda: sed de beato Mathia eius successore quem
etiam in corde suo elegerat. Si autem largo modo vo-
lumus loqui de apostolis: non solum illi duodecim qui per Christum
in vita sua fuerunt electi sunt apostoli: sed et illi qui
post Christi ascensionem fuerunt electi sunt apostoli. et
sic sunt. xij. Beatus paulus maximus apostolorum quem
elegit cum iret damascum ad persecutendum christianos
dicens. Eas electionis michi est iste: ut portet no-
men meum coram gentibus et regibus et filiis israel. Actu-
um. ix. Ex ista ratione in bullis papalibus in sigillo
plumbeo paulus ponitur ad dextram: et petrus ad si-
nistram: alio bulla esset falsa. Ratio quia beatus petrus
fuit electus a Christo in sinistra. scilicet in hac vita mor-
tali: quod per sinistram designatur. paulus autem electus fue-
rat a Christo in dextra glorie: quia ita Christus erat in gloria im-
passibilis et immortalis. et beatus barnabas fuit

electus a Christo in dextra glorie. De ista electione au-
toritas. Jejunantibus autem discipulis dixit illi spiritu
sanctus. Segregate michi paulum et barnabam in
opus ad quod assumpsi eos. tunc ieiunantes et oran-
tes: imponentesque eis manus dimiserunt illos: et ipsi
quod esset missi a spiritu sancto abierunt. Actuum. xij. Pro-
ergo quod beatus barnabas est verus apostolus Christi: non
elegit eum in vita. Si autem dicas de omnibus discipu-
lis quare beatus barnabas fuit electus in apostolum et non
alii. Ratio assignatur in themate dei. Erat vir bonus
Nota erat vir. non dicitur erat homo: quia multi sunt
homines qui sunt magni peccatores. sed vir dicitur a vir-
tute: quia erat virtuosus et bonus. Pro-
thema in quo
subtiliter ostenduntur quattuor excellentie de
beato barnaba apostolo.

Act)
Primo quod fuit alte virtuosus: quia erat vir.
Secundo quod fuit plene pius: quia erat bonus.
Tercio quod fuit vere gloriosus: quia plenus spiritu sancto
Quarto quod fuit digne gloriosus: quia plenus fide
Dico primo quod beatus barnabas fuit alte virtuo-
sus: quia erat vir. i. virtuosus. Quid est virtuosum
esse. Dico quod quantum intellectus memoria et voluntas
et opera sunt beati dei et eius: mandata non curat quod di-
cant gentes: sed quod deus fieri beati dei: talis est virtuosus
et fortis. Sicut. n. dicitur de illo qui leviter cadit mo-
dico vetero vel ipetu: non habet virtutem: non est fortis. ecce
quasi cadit. Sed quantum stat fortis dicitur. Virtute habet: fortis
est. Ita spiritualiter totus iste mundus est plenus virtutis quod si te-
ptationes demonum. Spiritus. i. veteris gradus et fortis
subvertens motes: et perversas petras. iij. Regum.
xix. Motus alti fuerunt adas: eua: sapson: ddb:
et salomon. tamen subversi fuerunt vetero temptationis.
non erant fortes: quia statim ceciderunt. Iam virtuosus et
fortes sunt qui non permittunt se cadere quantum temptationi
one. Secundo quantum quis portat onus fortis dicitur: virtute habet
iste fortis est. secundo si cum honore cadit. Ita glibus nostris
portat magnus onus carnis. Sap. ix. corpus quod
corruptibile aggravat animam. Qui ergo permittit se
cadere onere malae inclinationum carnis non est
virtuosus nec fortis: sed ille qui se fortis est virtuosus.
Tercio pius vita non est nisi quodam via arenosa. Tot
sunt occasiones peccandi. scilicet audiendo: videndo. et
operando. et oportunitates male. quod ille qui non ca-
dit est fortis et virtuosus. Quarto in hoc mundo ha-
bemus multas crunas tribulationum dolorum et in-
firmitatum. paupertatis et persecutionum: ita quod mul-
ticadunt per impatientiam. Sed qui scit se
tenere fortiter contra ventum temptationum:
contra onus malae inclinationum: contra arenam
occasionum: et contra impetus tribulationum: talis
est virtuosus. Auctoritas de illo sancto Job
qui in his quattuor fuit fortis. Ideo dicitur de
eo. Vir. i. virtuosus erat in terra eius nomine

Act)

Luce

Job

Job

Mat

L. p. Marc. 19. Actus

Act)

Act)

Reg

Sap

Reg

Job

Job. Et vir ille erat simplex: quia cum haberet corpus et animam: solum sequebatur animam quam regebat et recte non permittebat se cadere: ac timebat deum. quia diaboli temptationibus non recedit. Et recedens a malo. scilicet vitando carnis inclinationes malas.

Job. i. Talis fuit beatus Barnabas. Erat vir. id est virtuosus: quia despectis cunctis temporalibus bonis virtuosose appetebat celestia et eterna. Nota quod fuit de cyprio id est civitate in castria de gibe aaron de tribu leui huius domum et possessiones: et erat literatus in lege moysi: quia audita fama virtutum miraculorum et doctrine apostolorum volebat videre et audire: et venit hierosolimam et vidit apostolos et audiebat sermones eorum et erat totus attentus. Et quia ipse erat magnus clericus et cognoscebat tempore adventus messie completum cum magna reverentia et attentione audiebat sermones apostolorum. Iohannes fuit illuminatus. Non enim quanta dignitas est audiendum sermone. Deinde dixit intra se. Ex qua audivi doctrinam istorum hominum volo videre eorum vitam: quia multi predicant bene qui tamen vivunt male. et vidit quod vivebat contra nullum habebat nec portabat pecunias particulariter nisi rectores hominum et mulierum. Et fuit multum pretiosus de eorum vita. Deinde respexit miracula eorum quae curabant cecos surdos et cetera. Dixit beatus Barnabas. Et quis posset ista facere nisi deus. Volo aliam probationem. et reversus est cyprium et vendidit omnia bona sua: et recepto congerio ab amicis venit ad apostolos dicens eis. Quia erat de quo genere et tribu illuminatus predicatioibus supplicavit eis ut ipsum recipere in societate. et fuit receptus et baptizatus barnabas. quod idem est quod filius consolationis: quia apostoli fuerunt valde consolati de eo. et precibus bonorum temporalium posuit ad pedes apostolorum ut distribuere pauperibus. Erat ergo vir. id est christus sibi apparuit in oratione dei. Constantinus. id est virtuosus esto barnaba: quia premia eterna percipies. Quod quilibet promutatio dare terrena et accipere celestia. De omnibus quae dixi auctas de biblia in qua maxima vita beati barnabe habet. Ioseph autem qui cognominatus est barnabas ab apostolis: quod est interpretatus filius consolationis: leuite cyprii genere. cum haberet agrum vendidit eum et attulit pretium et posuit ad pedes apostolorum. Actuum. iij. Iohannes possumus dicere de eo. Naaman princeps militie regis syrie erat vir magnus apud dominum suum et honoratus. Per illum. n. dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis et dives. iij. Reg. v. Adoratur pro nobis. Si vos de mundo non habetis tantam virtutem dimittendi omnia pro deo nec tenemini. Nos religio si tenemur ex voto: sed dimittere tenemini omnia de malo iusto. de usura: furto: rapina: et calumnia solidata. de decimis defuctorum: et de alijs. scilicet male

emendo vel vendendo. et restituere de illis de bono iusto potestis congregare pro vobis et filiis. Item tenemini ad restitutiones de danis vestris et multum non faciunt sibi scias. Si ex negligentia vestra vel scilicet ter oues vestre intraverint campum vel vineam alterius: licet curia non cogat: vos tenemini satisfacere. Item de notarijs qui in testibus faciunt mutare voluntatem testatoris. Item si rex: papa: vel dominus volebat dare alicui officium vel beneficium et vos impedivistis: tenemini. Item de falsis testibus in iudicio in damnum proximi. Item si aliquis displicuit vobis: et vos odio tollatis sibi vineas vel hortum: arbores et hermas: tenemini. et nullus curat. Item de iudicibus: advocatis: notarijs: procuratoribus: non potest salvari nisi restituatur. id est dixit ille sanctus patriarcha iacob labam socero suo. Ego omne damnum reddendam: quod quid furtum pibat a me exigebas. Gene. xxxi. Secunda excellentia beati barnabe est: quia fuit plene pius: quia erat bonus. Prope est bonum est quod non solum persona curat de bono suo: sed et procurat bonum proximi sui. quia alio non est bonum si solum curat de se. Auctas. Deo mandavit unicuique proximo suo. Eccli. xvij. Item dicit Dionysius. Bonus est quod est concitativum vel diffusivum sui ipsius. scilicet ad utilitatem aliorum. Iohannes dixit rex achis ad david. Scio quod bonus es tu in oculis meis sicut angelus dei. i. Reg. xxix. Angelus. n. dei licet non possit predicare gloriam nec ipsas augere essentialiter: expedit tamen quod alios ad bonum instiget: et a malo revocet et cetera. Item ergo quod esse bonum est curare non solum de bono suo: sed etiam alterius. Sic beatus Barnabas fuit non solum bonus de bono suo: sed alterius. Cupiebat enim saluare totum mundum. quare incepit ire predicando de villa in villam. de civitate in civitatem. non habebat hanc villam civitatem nec domum propriam. erat vir bonus. Singulariter dicam vobis unam bonitatem quam fecit quod paulus fuit perversus in via dum iret damaschum rediit hierosolimam: quod voluit sociari christianis omnes fugiebant. sciebant ipsum persecutorem: beatus Barnabas solum se sibi associavit et ipsum ad apostolos duxit. Cum autem paulus venisset hierosolimam temptavit se iungere discipulis. et omnes cauebant eum: non credentes quod esset discipulus Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos: et narravit illis quod in via vidisset dominum et quod locutus est ei et quod in damasco fiducialiter egerit in nomine iesu. Actuum. ix. Nota quod festum et gaudium fuit factum de eius conversione mirabili. Item nota quod pie reconciliavit sibi socium iohannem marci vocatum: quod dimiserat eum cum fuissent in periculo mortis. p. Actuum. xij. et xv. c. Bene ergo possumus sibi dicere. Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. ps. cxvij.

Gen

Eccle
Dionys

Reg

Act

Act

ps

De scto Barnaba Ser. I De scto Jo. baptista

Moralr etiā nos debem⁹ hanc bonitatē hñe non solum pcurando bonū nřm: sed etiā p ximi. Accidit aliquotiens in domo q vir erit bonus ⁊ deuot⁹ ⁊ vxor erit mala: in deuota: leprosa seu laminera ⁊ vbofa: nō sufficit viro dicere: nō curo. sufficit q saluem aiām meā: sed oꝝ q bonis modis ⁊ vbis dulcib⁹ iducat eam ad bonum. Et p oppositū si mulier est bona ⁊ vir sit malus: iurator: raptor: lufor ⁊c. ⁊ vxor sit bona: ⁊ deuota: oꝝ qñ vir erit in bōis q ipa dulciter iducat eum ad bonum dicendo. **D** marite: qre nō cōfitemini ⁊c. **I** dē de parentibus erga filios. non sufficit habere ⁊ tenere filios pascos ⁊ indutos: sed q sint bñ nutriti: non iurēt nec mentiant nec furent ⁊c. **N**o. qñ ter mses tenent eis. oñdē vt signēt se: oret ⁊c. manē ⁊ sero. ⁊ si filij sunt mali culpa est parentū: q lz de se sint boni: tñ erūt dānati ex mala cura filioꝝ: qz sic arbor tenuis p̄t adaptari. ⁊ si nō sit: est culpa hortulanti. ita ⁊c. Hortulanti in porto xpi sunt illi de nřmonio q plantāt arbores. s. filios. Si ergo qñ sunt tortuosi ⁊ male vite ⁊ ribaldi ⁊c. culpa ē parētū. Si qñ suo rū ⁊ maxie domesticoz curā nō hñ: fidē negant ⁊ ē infideli deterior. i. **T**hi. v. **I** tē q hñ aliqđ officij vel regimē ciuitatis vel cōitatis: vꝝ pcurare bonū nō solū sibi: sꝝ totius cōitatis corrigendo pctā. **T**ertia excellētia fuit vere gratiosus: qz plenus spūscō. sciēdū q gra gratū faciens nō est nisi q psona hēat spūscō: qz si mul stāt ⁊ simul pdūtur qñ hō peccat. sꝝ btis Barnabas hēbat siml spūscō ⁊ grām gratū faciētē. **I**ō dico q erat vē gratiosus i oib⁹ dictis ⁊ factis suis. Nota quō fuit p annū i ciuitate antiochie ⁊ magnā turbā puerit: ⁊ ibi ipse mutauit nomē. **X**p̄iant. ii. tunc dicebāt discipuli. **H**oc nomē discipulus ē correlatiuū. s. ad aplos qñ erāt discipuli. **D**ixit btis barnabas: melius est q relatio cognominato siue d̄riatio fiat ad xpm. **I**ō ordinauit q discipuli vocarent xp̄iant. vt pꝝ **A**c. xij. Et fuit cōpleta pph̄ia **Y**sa. di. Seruos suos vocauit nomine alio. **I**n quo q bñdict⁹ est sup terrā benedicet in deo amen. **Y**sa. lxx. **I**tē qualiter recūsauit diuinos honores. sibi oblatos ⁊c. **A**ctu. xiiij. **P**lenitudo spūscōi repellēbat ab eo spūscō inanis glie: sed oia referebat in deū. **I**ō poterat dicere. **S**pūs tuus bonus deducet me in terrā rectaz. p̄s. cxlij. **M**oralr habetis hic doctrinā q in oib⁹ sc̄is ⁊ dicti v̄is detis honorē deo: qz multa bona opa pdunt qz honor non datur deo. **D**ē quodcūqz facitis in verbo aut opere: oia in noie dñi iesu xpi facite. ad **C**ol. iij.

Quarta excellētia est qz fuit digne glorio sus. qz plenus fide. qz pp plenitudinē fidei fuit glorificatus: qz fides xp̄iana hñ tantā virtutē q q eā tenet i corde sine errore vl falsa op̄nionē: dñs facit ipm gl̄iosus in miraculis in hō mundo ⁊ in alio p gl̄iam eternā. **I**ō qñ curabat aliquē dicebat. **F**ides tua te saluum fecit. **N**ō dixit hūilitas tua vel patiētia tua. ⁊c. **A**uctoritas. **A**ccessū hēm⁹ p fidē in grām istam in q stam⁹. s. faciendū miracula: ⁊ gloriāmur in spe glie filioꝝ dei. **R**oz. v. **I**ō btis Barnabas ex fide firma quā hēbat pdicabat ore: curauit oēz infirmitatē. **N**ō legitur q portaret alium libꝝ nisi euāgelij bti mathei: qđ magis large ponit vitā xpi. Et qñ portabat sibi infirmus ad curādū ponebat illd euāgelij sup eū in noie iesu ⁊c. ⁊ curabat. **E**cce qliter fuit i hō mūdo gl̄iosus in miraculis ⁊ signis: ⁊ in alio in p̄mija ⁊c. **N**o. hic ei⁹ martyriū. **M**oralr nota q ex q fides xp̄iana hñ tantā virtutes **P**ulo vt scias eā: qz tota p̄tinet in **C**redo in deū. ⁊ dicitis mane ⁊ sero cū p̄tēstatiōe. **D**ē rō de cādela accēsa: q̄ extinguit nisi respiret. iō dauid **C**redidi. s. in corde pp qđ locutus sum. s. i ore ⁊ q̄r. ego aut hūmiliat⁹ sum nimis. p̄s. cxv.

De scto Joanne baptista. Sermo. I.

Insequā exires d vulua sc̄ificauit te. **H**ēc verbū istd textualr i libro **J**eremie pphete cap. i. ⁊ recitatur in epistola hodierna de vigilia ⁊c. **S**alutē virgo marie. **P**ro introductiōe materie pdicande ⁊ declaratione thēmat̄is sciēdum q ille magnus ppheta ⁊ amicus dei **J**eremias in ep̄la hodierna recitat magnas grās q̄s de⁹ fecit sibi: di. **F**actum ē verbū dñi ad me dicēs. **P**riusqz te formare in vtero noni te. Et anteqz exires de vulua sc̄ificauit te: ⁊ ppham in gentibus dedi te. **J**ere. i. **I**n his verbis narrat q̄ttuor magis grās quas deus fecit sibi. **P**rima familiaris collocutio. **S**c̄da eternalis p̄destinatio. **T**ertia specialis sanctificatio. **Q**uarta ppheticallis illuminatio. **D**e prima. s. familiari collocutio: qz cū **J**ere. eēt adhuc puer: dñs sibi loq̄batur familiariter. **L**egit d abrahā cui p singulāri grā dñs voluit loq. sꝝ i q̄ etate n̄ qñ erat puer vel iuuenis: sꝝ qñ fuit. **L**xxv. ānoz. **G**en. xij. **S**ꝝ **J**ere. fuit locutus cuz adhuc esset puer. **E**cce qre dicit. **F**actū est verbū dñi ad me di. **D**e secunda: qz essentialr de⁹ p̄destinauit eū vt esset sc̄tus in hoc mūdo ⁊ gl̄iosus in paradiso. ⁊ hoc reuelauit sibi qñ vt ap̄ret sibi lib̄iū p̄destinatiōis in q nllus legit nisi de⁹: **S**i vult̄ itellige

Ap̄t

Act

Act

Mo

Multa bona opa
dñt p̄ honorē
q̄r deo:

Ap̄t

Ap̄t

Mo

p̄s

Jer

Jer

Gen

re ista gfa: cogitate illud verbū. Nemo scit
 vtrius odio vel amore dignus sit. Eccl. ix. S3
 Jeremias sciuit: qz deus sibi dixit. Priusqz te
 formare in utero noui te. nō solū scia specula
 tiōis: sed scia approbatiōis. De tertia. s. scifi
 catiōe spāli. Maxima gfa q ante fuissz scūs
 qz natus. Hoc habuit p singulari gfa qn fuit
 gngentoz annoz: qz tunc fuit a deo scificat.
 Sed Jeremias iā in utero mris. Anteqz exi
 res de vulua sanctificauit te. De q̄ta. s. illumi
 natiōe ppheta: qz de^o fecit eū p̄silarium suū
 z secretariū: reuelando sibi ventura. Jō dixit
 Et pphetam in gentibus dedi te. Ista verba
 z iste q̄tuor gfe pprie z hystorice dñr de Je
 remia ppheta: s3 appropriare z allegorice re
 citat de dō. Joāne baptista hodie in ecclesia
 qz sibi etiā de^o fecit istas q̄tuor gfas: z fuit in
 utero scificatus. Jō appropriare dicit thema
 Anqz exires de vulua zc. Quesiui amore ve
 stri q̄t sūt modi q̄s de^o z ad scificandū pctō
 rem: z q̄ sunt. Et inueni q̄ sunt gngz. Et de q̄
 to mō loq̄tur thema. Anteqz exires de vulua
 zc. Et sunt modi isti qui sequuntur.

Primus est finalis contritio.

Secundus penitentialis conuersio.

Tertius est martyrialis afflictio.

Quartus baptismalis ablutio.

Quintus specialis preuentio.

Dico pmo q vn^o modus quē dō tenet scifi
 ficādi pctōrē ē cā final p̄tritio: qn psona vixit
 diu in pctis z mala vita sine timore dei z vere
 cundia gētū nec curat de deo: imo forte non
 credit. S3 finaliter qn dō mori de^o aperit sibi
 fontē: tūc dās sibi p̄tritionē de pctis ex q̄ puri
 ficat z scificat aia. S3 istud nō facit quotidie
 qz in tota sacra scriptura nō legit q̄ aliqs fue
 rit scificat^o nisi vnus. s. latro. d quo dicit Leo
 papa q semp fuit male vite: z nunqz fecit ali
 qd bonū in vita sua: z p suis criminib^o captus
 z sentētiatus fuit: z ad latus xpi suspēsus z su
 bito xps aperit sibi fontē mie z flumē p̄tritio
 nis venit ad eū: z dixit xpo cū magnis singul
 tib^o z suspirijs. Dñe memēto mei dū veneris
 in regnū tuū. Luc. xxiij. Et xps sibi rñdens dī
 xit. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso.
 z fuit scificat^o ab oib^o suis pctis. S3 posset qri
 ab aliquo: cū duo legant latrones fuisse cum
 xpo suspēsi: qre vnus fuit scificatus z ali^o
 non. Rñsio que a scis doctoribus assignatur
 est ista. Dicunt euāgeliste q xps expirauit ho
 ra nonaz tūc sol est alte z incipit declinari ad
 occasum: z vmbra brachij xpi tetigit latrones
 que fuit tante virtutis q̄ p̄uertit eū. Neqz mi

rum: qz legit in actibus aploz q vmbra beati
 petri sanabat infirmos. Act. v. Dicit quō po
 nebant infirmi in grabatis p vicos vt vmbra
 petri tangeret eos. qd mir ergo si vmbra xpi
 p̄uertebat pctōrē. De nullo alio legit q̄ hūe
 rit malā vitā z bonū finē: nisi de latrone. De
 isto mō scificatiōis pphā. Congrega eos q̄s
 gregez ad victimā: z scifica eos in die occisio
 nis. Jere. xij. Hoc dicebat pphā orando dō
 glibet nfm sic vellet scificari viuere ad libitū
 z hfe bonū finē. Jō vsurarij z lenones z mere
 trices qn iurant dicūt: si deus me portabit ad
 bonū finem bonū erit. sed ipsi nolunt hfe bo
 nam vitā: ideo nō hēbunt bonū finē. Ideo nō
 expectetis finē: s3 p tpe dimitatis malā vitā z
 pctā: z veniat ad deū. qz in fine sunt tot volo
 res q̄ nō pnt hfe deuotionē nec p̄tritionem:
 nec recordant de pctis nllus dicat: eya de^o q
 latroni pepcit: p̄cet mihi. Cōfidē de dei mia si
 ne pnia stultitia ē. Jō mō p tpe redite ad bo
 nam vitā z pniā: z sic eritis scificati a pecca
 tis. Ita dixit ap̄ls q̄busdaz pctōribus postq̄
 redierunt ad bonā vitā. Liberati autē a pctō
 serui facti estis iusticie. Humanū dico pp ifir
 mitatē carnis vfe. Sicut. n. exhibuistis mem
 bra v̄ra fūire imūdicie z inigtati ad inigtatē
 ita nūc exhibete mēbra v̄ra fūire iusticie i san
 ctificatiōez. Cū. n. serui. eētis pcti: liberi fuistis
 iusticie. Quē ergo fructū habuistis tūc in illis
 in qb^o nūc erubescitis. Naz finis illoz moro ē
 nūc vero libati a pctō. serui autē scfi deo: hētis
 fructū v̄m i scificationē: finē dō vitā eternā.
 Ro. vi. C Sed s modus scificatiōis est v̄ h̄f
 p pniāle p̄fessionē qn psona q̄ fecit plura pctā
 supbie z vanitatis: auaricie z cupiditatis: lu
 xurie z carnalitatis: z sic de alijs. nō expectat
 finē: qz iuuenis nō expectat senectutem: nec sa
 nus ifirmitatē: sed de bona hora redit ad deū
 dolet de pctis z pponit abstinere: p̄fitet: acce
 ptat penitentiā: satisfacit: p̄cit inimicis: seruat
 festa: cōicat deuote. Isto mō multi scificatur.
 ille est secundarius modus. Isto mō Magda
 lena fuit sanctificata. vt h̄f Luce. viij. q̄ in iuue
 tute cecidit nesciēs se cauere itm q̄ ita fuit dif
 famata q̄ pdidit nomē z dicebat peccatrix. s3
 qd fecit: nō spectauit senectutē nec finem: sed
 auditis sermonibus xpi dicentis. Penitentiā
 agite zc. D dicit ipsa. adhuc potero saluari si
 faciā pniāz. z venit ad pedes xpi: z lachrymis
 rigauit pedes ei^o: z recepit in se magnam pe
 nitentiā: ieiunia: ozones: z alia. itantū q. xxx.
 ānis fuit i dēsto solitaria q̄ nihil cōmēdit nec
 bibit: dormiebat sup lapidē zc. Iste modus ē

Act

Jere

Confidere de dei
 vmbra sine p̄trite
 p̄trite ē:

Act

Luce

De sancto Joanne baptista

melior **¶** prim^o. De isto dicit d^s. Flumis impe-
 tus letificat civitatem dei: sanctificavit tabernacu-
 lum suum altissimum. ps. xlv. **¶** Non flumis ipet^o. i. pec-
 tiens. quattuor flumina se percipiunt in aia peccatoris pe-
 nitentis. i. flum^o olei: flum^o mellis. flum^o aque
 et flum^o sanguinis. Et de quolibet istorum dicit. Flumi-
 nis ipetus. **¶** De primo. de cathedra dei procedit
 flum^o olei mie significatum per oleum quod est medi-
 cinale. et curat vulnera intellectus per errores et
 falsas opiniones: et voluntatem per odia et rancores. et
 memoriam per dei beneficiorum obliviones. Curat. n.
 vulnera cordis per malas cogitationes oris. per
 mendaciam et falsam iuriam et c. oculorum a malis aspe-
 ctibus. aurium ab auditu malorum verborum. **¶** Danus
 a furtis: rapinis: percussione: tactibus immundis
 et c. finaliter totius corporis. et per vulnera luxurie tan-
 quam bonum medicum mittit flum^o sue mie vnguentum
 vulnera peccatorum. Ecce quare dicit. Flumis ipetus:
 quia subito venit. **¶** De secundo et mittit flum^o mellis
 spiritus sancti. et hoc quoniam persona recipit spiritum venie: dicen-
 do. verum est quod sum peccator et feci multa mala: sed de
 cetero emendabo vitam meam. sui superbum et vanum: sed
 de cetero volo humiliari: et sic de alijs. **¶** De ter-
 tio flum^o aque quod est quoniam persona penitens lachrymatur
 pro peccatis dei. **¶** Miser quod erit de me. Si dicat. non
 est flum^o: sed distillatio aliquarum lachrymarum. Dico
 quod imo: quia maiorem virtutem habet una gutta lachry-
 marum: quam totum mare ad abluendum peccata. **¶** De quar-
 to flum^o sanguinis est quoniam ex peccatis homo disciplinatur
 se. **¶** Ista pena est propria homicidis et omnibus qui
 tractant et sentiunt in morte alicuius. secundum illud.
 Quicumque effuderit humanum sanguinem: fundet
 sanguis illius. Gen. ix. Ecce quare dicit. Fluminis
 ipetus. **¶** Non. letificat civitatem dei: quia gaudium est
 angelis dei in celo super uno peccatore penitentem agere.
 Lu. xv. Sanctificavit tabernaculum suum altissimum.
 quod dicitur homo est in peccatis est stabulum porcorum: sed postquam
 flumis ipetus mundavit eum: efficit camera et habitaculum
 dei. **¶** Tertius modus est melior. i. martyria-
 lis afflictio. quoniam aliquis pro fide catholica vel pro
 aliqua virtute manutenenda moritur pro christo: martyr
 efficitur et sanctus. ut si captivus promitteret se occide-
 re antequam fidem catholicam vellet abnegare: martyr
 est. et in numero sanctorum martyrum computatur. **¶** Idem
 de muliere captiva: si promitteret se interficere
 antequam sentiret peccatum: esset martyr cum beata Katharina.
 Item iter christianos si meretrix convertatur: et
 post conversionem cogitur per aliquem: et ista predicante
 tandem ab illo occiditur: martyr efficitur. **¶** Idem de
 viro cui precipitur fieri aliquid mali a domino et non
 vult facere et occiditur a domino martyr est. **¶** Idem de
 muliere nolente sentire viro aliquid inhonestum
 et occiditur a viro: martyr efficitur. **¶** Item de illo qui

manum tenet et comitatur: si pro hoc occiditur: martyr
 est. **¶** Item qui persecutionem patitur pro iusticia: quoniam
 ipsorum est regnum celorum. **¶** Matth. v. De isto modo
 sanctificationis dicit propheta. **¶** Preparavit dominus ho-
 stiam: sanctificavit vocatos suos. Sophonie. **¶**
¶ Quartus modus est baptismalis ablutio.
 Iste modus est lenis. per quem modum non solum
 pueri sanctificantur ab originali peccato. **¶** Dicitur quod est
 quia aia de se in quantum est ad ymaginem dei est pul-
 chrior sole. **¶** Nulla creatura corporalis est ita pul-
 chra: in quantum si posset videri et c. sed maculat quoniam
 infunditur. Sicut si ego mitterem velum album in co-
 cham de tinctorum sine incausto: Ita de aia si mo-
 riar ante baptismum non intrat paradysum: sed posset ve-
 nire ad portam petens ingressum. **¶** Sed dicit sibi a
 christo. respicias te quoniam es turpis. **¶** Item quoniam staret
 eum istis et c. **¶** Ruidet aia. **¶** Dicitur ego nullum peccatum
 feci et c. **¶** Et christus. **¶** Et ideo non dabo tibi penam cum illis
 de inferno. et remittit eam ad limbum puerorum ubi
 non est ignis nec demones. et ibi stant delecta-
 biliter et disputant inter se. et c. **¶** Non intrabit in ea
 aliquid coinquatum. **¶** Apoc. xxi. **¶** Iste modo est adultus
 sanctificantur non solum ab originali: sed et ab omnibus
 actualibus: in quantum si moviat antequam peccat: su-
 bito evolat recta via etiam si ante habuisset omnia
 peccata. ex quo non sic accedit ad baptismum. **¶** Nota
 sunt vetulas dicentes quod aia pueri novum baptizantem
 quoniam moritur transit purgatorium ex dolore misericordie et c.
¶ Non credatur: quia error est. **¶** Sic sanctificatur dicit apostolus.
¶ Periores aliqui fueritis: sed abluti estis: sed sanctifi-
 cati estis: sed iustificati estis in nomine domini nostri
 iesu christi. i. Cor. vi. **¶** Quintus modus est ex-
 cellentior. i. spiritualis fuentio. **¶** Iste modo solum tres per-
 sone fuerunt sanctificate in utero matris sine
 merito ipsius creature precedentibus. **¶** Iste modo
 legitur mariaz fuisse sanctificatam in utero matris et
 sic decebat: quia misericordie dei esse debuit et c. **¶** Etiam legi-
 tur. **¶** De Jeremia propheta: quod est in utero matris
 fuit sanctificatus: quia debebat de christo prophetizare. **¶** Ter-
 tius et ultimus fuit beatus iohannes baptista: quia de-
 bebat christus baptizare. **¶** Non legitur quod beatus iohannes
 evangelista fuerit sanctificatus nec petrus nec paulus
 sed de iohanne legitur quod postquam virgo maria concepit
 filium dei iuit ad visitandum elisabeth per sanguinem
 suum: quoniam gabrielis revelatione sciuit esse gravidam
 ut patet Lu. i. et virgo maria intravit domum: saluta-
 vit elisabeth. **¶** Et ut audivit salutationem marie:
 exultavit infans in utero matris. **¶** Tunc elisabeth a
 spiritu sancto sciuit quod virgo maria erat gravis de fi-
 lio dei et dicit. **¶** Benedicta tu in mulieribus et
 benedictus fructus ventris tui: ecce. n. ut facta est
 vox salutationis tue in auribus meis: exultavit in
 gaudio infans in utero meo. Lu. i. **¶** Et complexus

Manore vultus
 habet una guttula
 max ad abluendum
 peccata: quam totum mare
 pensera pro
 hominibus: **¶** Luc

Nota genia
 Mariani

Mar
 Soph
 Am
 md
 Ago
 Ape
 Lu
 Lu
 Lu

se mutuo et osculantes: tanta scititas exiuit de virgine quod sanctificauit iohannem in utero matris existens: et iohannes cognouit puritatem filij dei quod dicit scriptura Thoma. quod visus libi arbitrij fuit in eo acceptus. Ecce quod beatus iohannes fuit sanctificatus iuxta angeli reuelationem. Spiritus sanctus replebitur adhuc ex utero matris sue. Luca. i. Ideo iohanni appropriate dicitur thema. Antequam exires de vulua sanctificauit te etc.

De sancto Joanne baptista. Sermo. ij.

Elisabeth impletum est tempus pariedi. Lu. i.

Ab isto tempore ego facio motum predicandi de fine mundi quod erit in breui. Ideo in puritate sermone volo vobis declarare per aliquas similitudines palpabiles et morales quomodo finis mundi istat de prope: nullus tamen scit tempus determinatione et annum: mensem vel diem. Credo quod erit magna gratiosa et acceptabilis: et nobis proficua et meritoria. Salutes vobis. Maria. etc. Antiquum veniam ad mater pariedi: et declarare duo motiva. scilicet quod est ista elisabeth: et quod est tempus pariedi. Hoc nomen elisabeth est compositum ex tribus nominibus hebraicis sive hebraicis. El id est deus. y. i. mea. sabeth. i. septima. Elisabeth. i. dei mei septima. Ideo secundum istam interpretationem significat generationem. id est durationem humanam quod est iam septima: quod sicut in homine quod secundum cursum nature viuunt computantur septem etates. prima est infantia. id est non infantia a for factis. Ideo prima etas mundi fuit infantia. scilicet ab adam usque ad noe: quod tunc nesciebant loqui de deo: non habebant reuelationes nec libros nec magistros nec doctores. Secunda etas hominis dicitur puericia: a puritate. a septem annis usque ad xiiii. in ista etate fuit mundus a noe usque ad abraham: tunc enim fuit mundus a quo diluuium purificatum. Tertia est adulescentia. id est crescentia a xiiii. annis usque ad xxv. annos in ista etate fuit mundus ab abraham usque ad moysen: quod creuerunt in dei cognitione. Quarta est iuuentus. a xxv. annis usque ad xxxv. vel xl. In ista fuit mundus a moysen usque ad david. Quinta est virilitas a xl. annis usque ad lx. In ista mundus a transmigracione babilonis usque ad christum. Septima est decrepitas. id est deficientes a lx. annis usque ad finem mundi. Propter hoc dicebat apostolus. Nos sumus in quibus finis seculorum conuenerunt. prima Cor. x. Ecce ergo elisabeth. id est dei mei septima. id est etas nature humane: et duratio eius usque ad finem mundi. Non videamus quod intelligendum est per tempus pariedi istius elisabeth vetule. Dico quod finis mundi erit cito et breuius quod finis potest dici partus ex quatuor similitudinibus quod habet cum muliere parturiente de qua dicitur Bauda. Ipsi videtes sic admirati sunt: commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibidem dolores ut parturientis. ps. xlvij. In muliere quida quod est iuxta partum inuenio quatuor conditiones. Prima quod computat tempus: et aliquando errat in computo et subito veniunt dolores in partu. Ita multi errant circa computum finis mundi: dicendo non erit ita cito. primo erit hoc et hoc etc. Quot erunt decepti in computo: quod quia ipsi non credent: subito veniet. Ideo dicit. Ipsi videtes sic. scilicet subuersione mundi: admirati sunt. Secunda conditio est: quod mulier quod sibi veniunt signa partus turbatur: et mittit per obstetricem et per talia et talia etc. Ita in fine mundi turbabuntur gentes: unus dicit. Misere vellem perire etc. Dicit alius usurarius: vidistis tale: et quod dicit. Velle sibi restituere. Non facias: quia tunc non erit hora: quod tunc quicquid est in mundo debet incinerari. Idem dicit illi quod modo noluit perire: tunc periret inimicos ut faciat pacem. Idem de religiosis quod modo non curant suare regulam: tunc ibunt ad sacristiam ut videant regulam etc. Ecce quare tunc non erit hora. Idem de illis quod modo non curant suare penitentiam. Ideo dicit turbati sunt. Tertia conditio est: quod mulier in partu a capite usque ad pedes habet dolores. Ita in fine mundi quod gentes videbunt per flagrationem ignis: dicit unus. Misere quod facias ego habeo tot castra etc. modo comburentur. Dicit alius. Misere ego habeo tot florenos in taxa: et alius dicit: et ego tot capita gregum. Idem de mulieribus quod ornant se crinibus etc. Ignis omnia consumet: imo etiam corpus. Ideo dicit. commoti sunt. Quarta conditio: quod mulier quod parit timet ne moriatur: vel ne creatura posset exire. Ita tunc gentes tremebunt videntes mortem in gutture. Ideo dicit. tremor apprehendit eos. ibi. scilicet in fine mundi: dolores ut parturientis. Ecce quare finis mundi dicitur partus. Bene ergo dicitur thea. Elisabeth. id est duratio generationis humane quam tenemus impletum est tempus pariedi. id est de prope. Hoc volo modo declarare palpabiliter secundum quod manifeste potest cognosci finis diei ex recessu radioz solis.

- Ab imis torrentibus.
- Ab planis conuallibus.
- Ab eleuatis costis.
- Ab excelsis collibus.
- Et a summis montibus.

Dicitur: finis diei est quod radij solares non illuminant torrentes et valles: costas: colles: et montes. Iste sol est christus. Auctas. Dicit vobis timetibus nomen meum sol iusticie: non dicit sol natus Malach. iij. Ite in nouo testamento quod laudamus virginem in matutinis dicit sibi. Felix natus es sacra virgo maria et omni laude dignissima quod ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. Modo videamus si radij claritatis huius solis illuminat

Malachia

Luca

Luca

Ant

708

De sancto iohanne baptista

torrentes vel valles etc. et sic poterim⁹ dicere
et cognoscere si dies mundi est ad finem. Torrentes
dicuntur laboratores mechanici. Ratio quod torren-
tes sunt asperi ad ambulandum et petrosi: ita vita
laboratorum est aspera in pane: vino: indumentis:
domo: lecto: et laboribus multis. Item torrentes alii
qui abundant aqua: alii non quod una fornicata pot
transire: ita laboratores alii abundant in pane
et vino etc. alii tamen veniunt siccitates: grado et
pruina: quod nihil colligunt. Tertio torrentes sunt
plurimum basse ita laboratores parum appreciant: et tamen
tas plati quam reges omnia vivunt cum eis de eorum
laboribus. Ex his tribus rationibus laboratores dicuntur
torrentes. Auctas. quoniam possunt dicere
laboratores. Imminuti sumus dicitur plus quam omnia
gentes: simulque omnes humiles in universa ter-
ra. Daniel. iij. Modo videamus si isti torrentes
illuminantur et calefiunt a radiis solis iusticie. Nam
illuminatio est per sapiam: calefactio per devotionem.
Dico quod nec illuminantur nec calefiunt. Antiqui
tunc quicumque laborator esset vel fuisset grossus
simplex vel piscator: ad minimum habebat quatuor que
sunt necessaria ad sciendum cui libet. Primum sciebant
se signare: et modo nihil nisi circulum in correa et
silibus etc. Secundo sciebant. Credo in deum: quod dicitur
sciri plus quam pater noster. et quot petitiones conti-
net: septem: et modo nihil bene sciunt nisi iuraciones
et sortilegia. Quarto sciebant Ave maria: et quoniam
ter regina celi est salutanda: modo nihil: sed bene sci-
unt quod denarii sunt in vno florenno. Tunc sol re-
cessit a torrentibus. Antiquus erat calidus in de-
votione: quod quilibet postquam surrexerat de mane:
antequam aliquid faceret genibus flexis faciebat suam
orationem: vir in vno angulo domus: et vxor in
alio: et filii in alijs. Modo vos quilibet oratis quando re-
cipitis camisiam etc. Jam sol nec illuminat nec
calefacit. Item antiquus quilibet die audiebat
missam in aurore. deinde ibant ad sua nego-
cia: et deo dirigebat eos in omnibus. Modo nec in
vnicuique volunt missam audire: sed in platea vel ta-
berna: et quando pulsatur pro corpore christi veniunt ut
porci ad stabulum: vel si vadunt ad missam non ve-
niunt pro tempore: et quando sunt intus non faciunt nisi lo-
que de negocijs: et post orationem statim recedunt. Jam
sol recessit. Item concubabant et concubabant quilibet
die vnicuique: veniebant ad orationem duo et duo: et
post dabant sibi pacem osculantes se. Idem facie-
bant mulieres. Modo nec semel in anno vo-
lunt profiteri in xl. nec concubare in pascha: sed obli-
gantur ex preceptis penalibus sub pena damnationis
anime et sine sepultura corporis ut patet ex de penia et
remi. De his vtriusque sexus. Item antiquus si alii
quod deficiebat in ecclesia: erat benigna proterio iter

prochianos et curatum: quod quilibet volebat illud
facere dicebat populo: nos pvidebimus domui dei
ut ipse pvideat de nobis. Modo intendunt de op-
posito. Dicit rector. Vos debetis facere: quod vo-
bis servit. Dicit populo: imo deberetis facere quod
recipitis redditus: totum est prostratum. Alibi homo n.
torrentibus iam videtur retraxisse radios suos verum
sol iusticie christus de nobis: et iam est completa propheta:
vobis. Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris am-
bulant: movebunt omnia fundamenta terre. ps. lxxxv.
Nescierunt. scilicet se signare. nec Credo in deum:
nec pater noster nec intellexerunt. scilicet quod debeant face-
re de spiritualibus: in tenebris ambulat. C. Secundo
videamus si illuminantur valles: quod quando sol retra-
hit suos radios a torrentibus: adhuc tamen illuminat
valles. Valles dicitur civis: burgenfes: mercato-
res: et persone divites. Ratio: quod sicut valles abun-
dant frumento: vino: fructibus: et hominibus. Ita pater
dicit abundantia divitijs. Item per valles homo ambulat
delectabiliter: ita isti vivunt delectabiliter. Sunt plures
domos et magnas: bonos lectos et cortinas:
vasa aurea et argentea: escas etc. et de istis dicit
auctas David ps. lxxv. Valles abundabunt
frumento: clamabunt: quantum ad dominum: eteni hymnum
dicent: quantum ad secundum delectabiliter vivendo et cum le-
ticia. Modo videamus si illuminantur a sole. Dico
quod non iam retraxit radios suos. Antiquus quando vnus
mercator civis vel burgenfis perdidit bona sua
in terra vel mari vel per ignem: statim alii congre-
gabatur se dicendo: talis perdidit omnia sua. et homo pos-
set eum iterum venire: idem inuenit eum. ego do tatum
etc. Sed modo si vnus potest auferre oculum alteri totum est
invidia et malicia. Antiquus quando vnus dives ibat
ex villa: si videbat caput icultum vel vineam pete-
bat ingrediendo cuius esset quando sibi dicebat de tali: sta-
tim ibat ad illum di. Quare vinea vna vel cam-
pus est icultus. quare non seminastis: de quo vivit. Di-
cebat ille. dicitur non habeo iumenta nec semine etc. di-
cebat dives. Modo teneat bladum vel pecunias: re-
cipias bestias meas etc. et non dicas alicui. Modo
si veniret pauper laborator ad divitem petens ab
eo decem florenos ad prestandum ut posset seminare
etc. diceret dives: placet mihi: sed quando venit nota-
rius dicitur quod sunt duo decem: et ita ponet in carta
et ita iurabit intum quod damnabit ipse laborator
propter falsum iuramentum et notarium et testes: et
ergo sol iusticie occidit eis. Antiquus quando vide-
bat viduam iuvenem vel puellam pauperulam discal-
ciatam etc. dicebat. cuius est: dicebat eis. filia est talis
et vocabatur per femur dicendo sibi. et quare non marita-
tis ista: nescis quod periculum est tenere puellas ma-
gnas. Respondit pater: quod multi vellent eas quia
ista est bona: sed non habet dotem. Dicebat dives. Ecce

Dam
Humano a p
Supra: alie factio
de devotioe

Extra de p

Contentio pater paroxiam et meari

ego do vobis tantū: nihil dicat & detis sibi viz
 Dicebat mulier: & ego do sibi vñū lectum &c.
 S3 mō qñ diues videt iuueculā paupculam
 mittit ad eā vñū ruffianū dicēs q si vellet loq
 secū daret sibi tunicā & facit eā meretricē. Et
 nūqd scim⁹ qd ē illud colloquū. Et g⁹ illis fo
 ris ē sol. Antigt⁹ si alig⁹ vēdebat aliqd alicui
 mercatori dicebat qñtū valeret. Tñ dicit Au
 gu. q qdā vendidit vnā rez petens pro ea me
 diū florenū. o dixit mercator qui empturus
 erat rem illā. Eos essetis deceptus: qz illa res
 valet decez florenos: & ideo dabo vobis nonē
 vt & ego q sum mercator lucrer aliqd vobiscū
 S3 mō statim vnusqz decipiet aliū. Nā ven
 ditor vult decipe emptorē & ecōuerso. Antigt⁹
 tus si vn⁹ mercator vēdebat & vicin⁹ suus non
 vendebat: qñ pfeceat vēditionez suā dicebat
 emere volentib⁹. Ego iā vendidī hodie: s3 ille
 non vendidit q hēt ita bonū pannū vel &c. vt
 ego: vadat ad eū: s3 mō est inter eos tanta in
 uidia q nullus facit alteri qd sibi fieri vellet.
 Antigt⁹ iurati vel rectores cōitatis nolebāt
 aliqd recipe de cōitate nisi salariū iam eis ta
 xatū. Jam aut volūt plus recipe. Ordinatō
 nes. n. eoz sunt vt tela aranee q solum retinet
 muscā: nō timēt deū. Jā ergo a conuallib⁹ sol
 iusticie retraxit radios suos &c. & videt cōple
 ta. pphetia xpi dicētis: qz qñ abundabit iniq
 tas & refrigescit charitas multorum. Matth.
 xxiiij. Tertio videamus si illuminat costas
 que sunt sacerdotes. Rō: qz coste sunt eleua
 te & altiores vallibus. Ita sacerdotes & mi
 nistri altaris sup alios sunt eleuati ad suiēdū
 xpo & ministrandū. Jō dicit de ipis. Separit
 vos deus ab oī pplo & iunxit sibi vt seruiretis
 ei in cultu tabernaculi & staretis coraz frequē
 tia ppli & ministraretis ei. Numeri. xvi. S3 di
 co q iam sol iusticie ab eis retraxit radios su
 os. s. sapientie & deuotionis. Antigt⁹ aut hē
 bant tātā deuotionē q et in vna pua prochia
 vbi nō erat nisi vnus clericus: surgebat de no
 cte ad matutinas & tangebāt cāpanā: & est bñ
 factū: vt s3 gētes nō surgerent: tñ qñ audirent
 cāpanā dixerunt. Bñdictus sit de⁹. Deinde
 coraz altari accenso lumine dicebat suas ma
 tutinas deuote & distincte: intātū q multe gē
 tes veniebant ad eccliam vt audirent: sed mō
 vel nō pulsant cāpane: vel si pulsant ibi nō sur
 gūt. S3 cāpane dicūt matutinas de nocte: ipi
 aut dicūt matutinas rubeas vel albas in orto
 vel platea vel in fenestra in deuote &c. Luz tñ
 de qlibet lra & dicitōe hēam⁹ redgere cōputū
 in iudicio dei. Antigt⁹ parabat se ad missas

phitebant & celebrabāt qñ quotidie cū magna
 deuotiōe: s3 mō si nō hūt denarios nō curant
 celebrare: s3 si sunt pecunie tūc celebrāt. Antī
 gtus, sacerdotes p̄siderātes q eoz lingua erat
 clavis paradisi: vt dicit Grego. cauebant a iura
 mētis: & mēdacijs: p̄seruabāt manus a ludis &
 tactib⁹. Nō aut iurare & renegare plus inue
 nitur in eis q̄ in latronib⁹: nisi dicere menda
 cia: & in ludo ipsi sunt p̄mi. Jtē p̄seruabāt cor
 pus qd est monumentū xpi. p̄p̄ri⁹ & veri⁹ q̄ se
 pulchrū in hierl3. s3 mō p̄iciūt se in latrina lu
 xurie tenēdo cōcubinas: ergo sol occidit eis.
 Et nūquid videt vobis paruū pctm. Nā vn⁹
 presbyter p̄cubinari⁹ dānat totū pplm pp sca
 dalū & detractionē. Et plus peccat mulier cū
 clerico semel q̄ cū plurib⁹ hoib⁹ laycis. Jō fi
 at statutū J̄ ista in synodo sc̄ta &c. Antigt⁹ et
 sacerdotes dabāt exēplum bone vite q qñ sa
 cerdos ex aliq̄ necessitate itrabat villā vī ciui
 tatē & trāsibat p vicū: oēs surgebāt & se ozi
 bus ei⁹ cōmendabāt osculādo sibi manus vel
 vestes &c. Et mō dicūt. S̄ sacerdos n̄ vadit
 ad illam &c. Dei⁹ dicūt q̄ de iudeis ex malo
exēplo vite qd vidēt: g⁹ iā sol retraxit radios
suos a torrentib⁹: a cōuallib⁹ & costis. Jā com
pleta est p̄ph̄ia Ezech. dicēs i p̄sona dei. Sa
cerdotes p̄tēpserūt legē meā & polluerūt san
ctuaria mea. Jñi sc̄tm̄ & p̄phanuz nō hūerunt
distantiā: in̄ pollutū & mūdū nō intellexerūt
& a sabbat̄ meis auerterūt oculos suos: & coin
gnabar in medio eoz. Ezech. xxij. Quarto
videam⁹ si sol illūinat colles. Nā colles dñr re
ligiosi tripl̄ci rōne. J̄ua qz p colles trāsēunt
merces de vna ira ad aliā: sic p̄ religiosos trā
seunt merces paradisi ad terrā istā. Sc̄da qz col
les dāt gaudiū & leticiā ex alteri⁹ p̄rie p̄tēpla
tiōe. Sic religiosi p̄tēplant p̄rias ad quā tēdi
mus & ciuitatē paradisi quā q̄rim⁹: qz nō hēm⁹
hic manētē citatē s3 futurā in q̄rim⁹. ad Heb.
vl. Tertia qz cōiter in collib⁹ via ē arda & aspa
sic vita religiosoz est stricta & aspa. Nā de ip
sis d̄: pinguescēt. s. in deuotiōe speciosa d̄ser
ti: & exultatione colles accingent. ps. lxiiij. Et
ponunt ibi p̄dicte tres p̄ditōes. In h̄is etiam
nō apparet splēdor solaris sicut antigt⁹ qñ
p̄uabāt castitatē angelicalē: hēbant cor castū
stati expellebāt malas cogitatōes. Et oēs clau
serūt ab ill⁹ locutiōib⁹: oculos aures & manus
& totū corp⁹: s3 mō pauci sūt qñ velint h̄re spe
ciales sibi dilectas: & icipiunt a Credo in deū
& finiūt i carnis resurrectōez: s3 nō itrabūt i vi
tā eternā. J̄beli⁹ eēt ill⁹ h̄re ḡnales q̄ specia
les: qz plus timent hoies q̄ deū: dicēdo: si nō

Aug

Mat

Thie

Die⁹
p̄ renegat sacer
dotes & laycos

vn⁹ p̄seruāt totū
bñdū dānat

Ege⁹

At

ps

De religioſis

De sancto iohanne baptista

*Sino vms mpe
in rante:*

*De beato franco
De Scto Mauro:*

Mouapparu

Yore

*Edo vms
in ebebrano
Sapri*

*Apstg
yfa:*

vlus caste tñ caute. Antiquit⁹ seruabāt illam
 paupertatē aplicaz: qz secū portabāt oia quādo
 exhibāt de villa: s; mō habent pulchras cellas
 zc. qz eos oportet habere plures clauēs q̄ si
 esset mercator. Antiquit⁹ seruabāt obediētiam
 generalē ad oia quantūcūq; dura aspera z dif
 ficilia: z s̄ cor statū obediēbāt plato. Sic nota
 obediētia fratris minoris q̄ nud⁹ iuit ad predi
 candū ex p̄cepto beati Frācis. Itē de sancto
 mauro q̄ ex obediētia intrauit flumē vt extra
 heret puerū q̄ submergebat. Itē i vitaspaturz
 de illo qui dimisit lram ō impfectā zc. S; mō
 obediētia est parua. Quia si plat⁹ p̄cipit aliqd
 p̄tra cor statū appellāt zc. De cerimonijs at
 nihil seruāt: s; qlibet vult viuere ad libitū suū:
 ergo iam sol retraxit radios. Itē de religiosīs
 dicebat Jeremias in spū p̄phētie dicens. Ecce
 magis hū simul fregerūt iugū. s. vota: essentia
 lū: ruperūt vincula. s. cerimoniaz Jeremie. v.
Quinto videam⁹ si sol illuminat montes
 Montes alti sunt plati ecclesie z dñi tēpora
 les rōne duplici. P̄ria ē: qz vt mōtes eminet
 in altitudine dominij z dignitatē. Secūdo qz in
 mōtib⁹ vox resonat intantū q̄ si hō clamat vi
 dēt due voces. Sic p̄cepta z ordinatiōes eoz
 resonāt p̄ mūdā. Resonat d̄ altis montibus
 echo. i. vocis reuerberatio. Sapiētie. xvij. Ab
 istis mōtib⁹ iaz recessit sol iusticie z charitatē
 Antiquus plati coacti intrabāt plationē cogi
 tates piculū. S; si mō sunt i anxietate qualē cō
 putū dabo d̄ aia mea. q̄nto magis est reddere
 cōputū de tot alabus: s; mō laborāt cuz rege
 zc. z cuz symonia itrāt. Antiquus qñ crāt int⁹
 cōputabāt hoc modo. Maz valet epatus me⁹
 sex milia florenoz: z retinebat duo milia p̄ vi
 ta p̄pria: z duo milia dabat i opib⁹ ecclesie si
 ue eccliarū: z duo milia in elemosynis. Et mō
 oia sex milia nō sufficiūt: tot sunt pōpe z vani
 tates: imo oportet inuenire novos modos ex
 torquēdi pecunias zc. Antiquus plati p̄dica
 bāt. vt Augusti. Ambrosius: Gregori⁹ zc. sed
 mō totū ē vanitas z pōpa zc. iaz cōpletū ē v̄
 bū apli dicētis. Oēs q̄ sua sunt q̄runt nō que
 iesu xpi. ad p̄hil. ij. De dñis aut̄ tpalib⁹ iam
 cōpleta est p̄phia ysa. Principes tui infideles
 socij furū. Oēs diligūt munera: sequunt̄ retri
 butōes. Pupillo nō indicāt: causa vidue non
 ingredit̄ ad eos ysa. i. Nō p̄ncipes tui infideles
